Ad ſuppreſſos menſes à bile craſſa & pituita:

℞. *Radic. quinque aperitiuar. an. ℥. ß.*

radic. ariſtoloch. rotund. veræ, rubiæ maioris an. ℨ iij.

cichor. totius, herbar. agrim. hyſſopi, calaminthæ, origani, nepetæ, ſatureiæ, vel arthemiſiæ, an. m. ß.

ſem. fœnicul. ſeſel. pœoniæ & eius rad. an. ℨ i. ß.

flor. calend. p. ii.

coq. in hydromeliti ad ℔. i.

in colatura diſſolue ſyrupi de hyſſopo, de arthemiſ. an. ℥ i.

f. apozema clarum & cum cinnam. ℨ. ß. aromatiſetur.

Exhibentur autem hæc apozemata, cum tempus menſtruorum inſtat: aliis enim temporibus fruſtra exhibentur.

Quæ apozemata omnia calida exhiberi debẽt, & ab omnibus apozematibus in genere abſtinendum, niſi prius corpus blando medicamento purgatum fuerit: exhiberi autem debent mane præſertim. Aliquando etiam veſperi tribus horis ante cibum, niſi motus morbi & acceſſionis febrilis principium prohibeat. In vigore enim acceſſionis, aut declinatione ad ſudores iuuandos & vrinas promouendas vtiliter exhiberi poſſunt.

De potionibus purgantibus.

Cap. XXII.

CVm in morborum acutorum principiis, humoribus ipſis turgentibus & ſuffocationem mini-